

dicta pingvedo etiam subinde circa minùs obesorum partes  
 quasdã luxuriavit. De corde, omento & mesenterio magnopere  
 obfito pingvedine in puero, quem etiam ob reliquam totius cor-  
 poris pingvedinem exsuperantem obiisse arbitratur *Th. Kerck-*  
*ringius in Spicileg. Anat. 66. p. 134.* De abdomine infarcto pin-  
 gvedine *Th. Bonettus in Anatom. pract. p. 133. & 632* De peri-  
 cardio mulieris pingvedine penitus circumdato *Th. Bartholi-*  
*nus cent. 1. histor. 92.* De corde principis Lunæburgensis, quod  
 totum pingvedine immersum fuerit, testatur *Joh. Jessenius in A-*  
*natom. Prag. p. 25.* De corde quoque etiam ex sola pingvedine con-  
 stante *Helmstadiensis Academia programma Anno 1657. impressum*  
*fidem facit.* De hoc & aliis exemplis cordis adipe occultati  
 mentio quoque fit in *Exercitat. Medica Henric. Eyssonii & Henr-*  
*Meibomii de observat. varioribus in nupero subjecto anatomico §. 25.*  
*Groningæ edit: 1660.* Sic de omento in macilento viro pingvedine  
 valde circumfuso, adeò ut nullum ferè vas meseraicum & lon-  
 gè minùs glandulas mesenterii lustrare licuerit observationem  
 continet *l. c. §. 8. & 9.* De morte subita ab adipis copia peri-  
 cardium in vestiente *Bonettus l. a. p. 699.* Annotata quoque  
 præstat mors præceps orta ex nimia pingvedine circa pulmones  
 præfente & ex aliis adhuc quibusdam causis in *Acad. natur. cu-*  
*rius. miscellan. Annor. Decur. 1. obs: 101. p. 233.* Sic de ovibus,  
 quarum renes pingvedine undique obducuntur, quod inter-  
 ceant, idque contingat pabuli ubertate, videatur *Aristoteles 3.*  
*hist. anim: 17.* Causam verò mortis illius oriri à pingvedine,  
 quatenus vasa renum eadem intercludat vel comprimat, atq; ita  
 mala varia ansamque mortis contrahat, arbitratur *Marc. Mal-*  
*pighius in Epistol. anatom. p. 112.*

Demum etiam his annectimus autorum loca, quæ exem-  
 pla & historias de obesibus continent, quas verbotenus exscri-  
 bere hoc loco nobis nec licet nec libet. Evolvantur ergò de  
 iisdem *Thom. Bartholinus cent. 2. Epist. 81. & 82. p. 661. Idem in*  
*cent. 3. histor. anat: 88. Tulpus cent. 3. obs: 55. p. 269. Jac: Dan-*  
*Ernesti im Bilder-Hause p. 97. & p. 101. Th. Bonettus l. c.*  
*pag. 1705. Jonstonus l. 34. c. 2. Joh. Cunr: Dieterichius in Jatro Hipp-*  
*pocratico p. 944. Sennert. in Prax: Med: l. a. p. 31. 22. & 23. Mo-*